



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermo De Poenitentia P. Martini Lvther Avgvstiniani
Vvittenbergensis**

Luther, Martin

Vvittenburgij, 1518

VD16 L 6012

urn:nbn:de:hbz:466:1-32308



Propositiones de indulgentiis
 Secundo de penitentia
 Resoluciones disputacionum de indulgentiis
 Ein Cerimon von dem ablass
 Verlegung & Sigtels binden den p[er]sonen
 Ein fruchtbar Cerimon von dem ablass
 Caluista p[er]sonas con[tra] r[ati]o[n]em
 Responso Martini ad dialogum Siluestri
 Resplura Siluestri
 Acta Martini Augusti
 Disputatio Etkij & p[er]ud Martini in p[ar]te
 Disputatio & responsio Martini con[tra] quosdam Etkij
 Oratio Mosellani
 De ratione disputandi oratio Mosellani
 Frasmii Ep[iscop]i ad d[omi]n[u]m S[er]u[lu]m & alia p[er] d[omi]n[u]m S[er]u[lu]m
 Resolutio sup[er] p[ar]te de p[ar]te pape
 Alia resolutio de ead[em] p[ar]te
 Resoluciones sup[er] p[ar]te de p[ar]te
 Oratio lo longi p[er] p[ar]te de p[ar]te
 Disputatio prima Etkij & Caroli de vaba
 ad vaba p[er] notarios
 Disputatio secunda eorundem
 Disputatio tertia Etkij & Caroli
 Epistola philippi Melanctoni de ead[em] dispu
 Excursio Etkij con[tra] ep[iscop]u[m] philippi
 Defensio philippi con[tra] Etkij
 Conuenticio Guancini & Callary
 Epistola Imperij cu[m] Augustino
 Ad executione[m] Imperij in Martinij addito
 De venatione lutheriana

Solomonis doctoris Wittenbergensis
Johanne Cocceio Wulfo Wittenbergensi &
Academ. Lipsiensi & alia quorundam
Contra malignum Jo. Eckii Judicium
Ad Jo. Eckii Epistolam Martini sup. expungendam
Appellatio Martini Lutheri
Appellatio pauperum

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz, Spz. Katalog 328.



SERMO DE POENITENTIA
 P. MARTINI LVTHER AV
 GVSTINIANI VVITTEN
 BERGENSIS.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

B

p

SERMO DE PÖENITENTIA. P. MAR-
tini Lutner Augustiniani Vuittenbergen.

¶ E indulgentiis sæpe locutus sum vobis : donec id
meruerim / ut hæreticus accuser : ut aut rem ipsam
teneatis : possitisq; uosipsi cū illis conferre / ecce p/
cedam iuxta eorū sententiā, nisi ubi locus fuerit mea in-
terferendi. Igitur eorū sententiā : Pœnitentiā diuidit
in tres partes : quæ sūt. Contritio, Cōfessio, Satisfactio.
PRIMA, Contritio (sic em̄ cœpit uocari uera pœnitentiā
interior) duplici uia paratur. Primo per discussionē / col-
lectionē / detestationē peccatorū. qua quis (ut dicūt) re-
cogitat annos suos in amaritudine animæ suæ / ponde-
rando peccatorū grauitatē, damnū, fœditatē, multitudinē :
deinde amissionē æternæ beatitudinis, ac æternæ dam-
nationis acquisitionē & alia quæ possunt tristitiā & do-
lorem excitare. Hæc aut contritio facit hypocritam / imo
magis peccatorē : quia solum timere præcepti, & dolore
damni id facit. Et tales oēs indigne absoluntur & cōmu-
nicantur, Et si libere deberent (remore præcepto & minis
pœnarū) confiteri : certe dicerent sibi non displicere eam
uitam præritam, quā sic coguntur displicere / confiteri, imo
quo magis timore pœnitentiæ, & dolore dampni sic cōteruntur :
nō aut uolunt / odisse. Siquidem lex & cognitio peccati /
magis abundare facit peccatū : ut Aplūs ait Roma : v.
Et hæc est illa contritio / quā ipsi uocāt extra charitatem
non meritoriā, Alii uocant attritionē proxime disponen-
tem ad contritionē / Sic em̄ ipsi opinantur : quā opinionē
errorem ego iudico : Secundo paratur / per intuitū &
contemplationē speciosissimæ iustitiæ : qua quis in pul-
chritudine & specie iustitiæ meditatus / in eam ardescit,
& rapitur / incipitq; cū Salomone fieri amator sapientiæ,
cuius pulchritudinē uiderat. Hæc facit uere pœnitentē /
quā amore iustitiæ id facit, & hii sunt digni absolutiōe,
exēpli grā. Si quis pœnitere de luxuria, nō incipias nume-
rare uitiā / fœditates / damna eius. Nam hæc non diu tibi
durabunt, quū sit uolenta cōtritio ex ueritate facta : Sed
intende in spetie castitatis / atq; ad cōmoda ei⁹ pulcher-
rime, ut ipsa tibi intime placeat, sic de omnibus aliis virtu-

tibus. Sed hic regula talis notanda est q̄ intuitus virtutū
fit dupliciter. Abstractiue seu p̄ se, & sic carnalē hominē
parū mouent: quo mō traditur per verbum p̄dicationis:
sic em̄ nō nisi speculatiue uidetur. Cōcretiue siue per
aliud. hoc est (exēpli gr̄a) ut intuearis homines / qui tali
virtute lucent: quoq; oīm speculū primum est Christus /
deinde sancti in cælo, verum rudem & incipientē maxie
mouent, exempla p̄sentia & sui sæculi. Ideo uirginitatē
in uirginibus & innocentibus pueris intueri / usq; dum
gemas / a facie pulchritudinis eius. Sic castitatē / charita-
tem / patientiā / reliqua; q; oēs. Sic em̄, B. Anselmus do-
cet ascendere ad amorē dei ex amorē hōis boni. Sic B.
Augustinus suā cōtritiōnē hāuit ex intuitu illoꝝ, quos
ex Pontiano audiuit, & ipse cōfiteatur ecclesiā sibi osten-
disse plenis manibus exēpla uirginū & cōtinentiū / & sic
odore illo optio allectū. Sic & Ap̄lūs se esse bonū odorē
aliis in uitā / aliis in mortē. Signū est em̄ ueræ cōtritiōis /
si inspecto homine / casto / humili / benigno / suspires ex
corde, quia nō es talis. Sic & ecclesia orat: ut deus nos
per exēpla sanctorū suoz restauret. Et B. August: li: viii.
confess: ps. cxix. sic exponit. Sagittę potentis acute cum
carbonibus vastatoribus. sagittas interpretans uerba / uir-
tutes p̄dicantia ad abstractiuā cōgnitiōnē / & carbones
vastatores. exempla sanctorū / vastantia oēm linguā do-
losam / imo malā cupiditatē. Sic admirabili sapientia dei
fit. ut nullus sibi bene uiuat. Et sapius fit: ut boni aliis p̄-
sint / dum nesciunt imo fere semp̄ nesciūt: quia dū ince-
dunt simpliciter: alii eoz uerbis & uita mouentur miro
affectu. Deniq; & pueri infantes / ita nobis uiuunt ut no-
bis innocentię speciē suauissime cōmendent / atq; ad pœ-
nitentiā puocent. Sunt em̄ uiua monitoria. Nō ē itaq; q̄
quereris tibi deesse virtutū exēpla uiua, pueros intēde,
sicut Christus docuit / exhibens paruulū discipulis suis.
Hęc est poenitētia iucunda / uera / stabilis / & ex spū nata.
Ratio oīm p̄dictoz est. Impossibile ē ut odias aliqd uero
odio & p̄fecto: cuius cōtrariū nō prius dilexeris. Amor
semp̄ ē prior odio & odiū natura & spōre fluit ex amore,
& sic nascit̄ zelus qui ē iratus amor (.i. odiū mali p̄pter
bonū) sic odium peccati & detestatio uitę p̄teritę / nulla
cura / nullo labore q̄sita / ueniunt sua sponte. Alioquin p̄

uerissimo ordine & nunq̄ pfuturo studio querit amor
iusticiæ / per odium peccati: imo machina desperationis
& deiciendi animi e talis peruerfita. Pœnitētia em̄ debet
esse dulcis / & ex dulcedine in iram descendere / ad odiū
peccati. Amor em̄ e vinculu perpetuū: quia uoluntariū /
odiū / pale: quia uolentū: Igitur persuade hōi primū ut
diligat iusticiā / & sine magisterio tuo cōteretur de pctō;
diligat Christū. & statim lui pdigus odiet seipm̄. Sic ps
xliiii. Dilexisti iusticiā & odisti iniquitatem. prius inquit
dilexisti iusticiā: & sic odisti iniquitatē &c.

¶ Corollarium.

Plus tibi discutendū est confessuro / quantū diligas iu/
sticiā q̄ quantū odias peccatū: multoq; maiore imo solo
hoc labore tibi cogita dū est. Quomō futurā uitā agas
bonā: q̄ quō deseras aut odias p̄teritā malā? Verissimum
em̄ puerbiū. & omī doctria de cōtritiōib⁹ hucusq; data
prestātius. Quo dī teu: Nymmer thun die hochste puf;
Optima pœnitentia noua uita. Sicut & Aplūs sonat ad
Gala: vi. In Christo neq; crucifisio / neq; p̄putiū aliquid
ualet: sed noua creatura. Proinde confessurus id potissi/
mū & añ omīa tecū cogita / quid faceres / si nō esset p̄æ /
ceptū cōfiteri: si nulla esset quadragesima: si nulli con/
fiterentur, si nullus esset pudor, sed oīs oīm plenaq; li/
bertas. An etiā sic uelles confiteri / contēri / pœnitere, q̄
si te nō ita inuenis / iam scito te nō ex amore iusticiæ: sed
cōsuetudine & timore p̄cepti pœnitere / atq; malle sequi
turbā / si oībus liceret nō pœnitere. Si aut uelles (etiam si
nullus pœniteret / cōfiteretur / cōtereretur / atq; adeo si to
tus mundus aliter ageret) nec p̄cepti habira rōne: pœni/
tere. sed amore nouæ uitæ & melioris / iam uese penites.
Ecce hoc est qd̄ illi solent dicere / q̄ contritio in charitate
factā facit remitti peccata. Quod uerbū nescio, si oēs in/
telligunt qui tan frequenter ipm̄ in ore uersant. hoc scio
obscurissimū esse, nec a me aliqui intellectu. Hic uero
Inuenies (si nō uis mentiri) te non esse talem, sed potius
uelles ut prior uita liceret, quia sentis te oīno adhuc in/
clinari ad uitā priorem. Sic em̄ & B. Aug: cōfiteretur in cō
tritione sua se fuisse sollicitatū de uita p̄terita, imo si recte
perpendas hec dicta / facile dices / nullū hominem esse in
mūdo / qui hāc cōtritionē habeat, uel saltē paucissimos,
Et de me ipō cōfiteor similia oīno. Et si uere ac libere ue /

lis confiteri, remoto deo, præcepto / pœna / gudio / sclo
dices. Si nullus esset deus / nullus infernus / certe uix pœ
niterẽ. Scio inq̄ talẽ esse tuã cogitationẽ. q̄libet foris cõ
tritionẽ ostẽdas. Quid ergo hic faciemus? Oporter nos
esse tales: & nõ possumus esse tales, omnes ergo damnabi
mur? Absit. Sed respondeamus.

Oporteret. vt cognito te tali / nõ neges te talem, Sed in an
gulũ uadas & iuxta consiliũ Christi, in abscondito ores
patrẽ tuũ in cœlis: Dicens sine fictione. Ecce optie deus /
pœnitendũ mihi p̄cipis, sed talis sum ego miser, q̄ sentio
me nolle: neq; posse: quare tuis p̄stratus pedib⁹ oro mi
sericordiã & grã: fac pœnitẽtẽ: quẽ iubes pœnitere: Et
sic cũ. B. Aug: ores. Dñe da quod iubes: & iube qđ uis.
Et cũ ecclesia. & cor pœnitens tribue. Hec inq̄ oõ & ag
nitio atq; cõfessio impœnitentiã tuã (si ficta non fuerit)
eo ip̄o faciet, ut deus te pœnitentẽ uerum reputer: & licet
multũ adhuc sentias te ad malũ inclinãtũ / nolĩ timere.
Hęc confessio & oõ faciet ut Ch̄us suppleat de suo, qđ
deest de tuo. Atq; ut hanc oõner tias / nõ te retrahat
indignitas & impuritas tua / acce... õfidenter: Quia si
nõ ante uis oras deũ (ut multi stultissime agũt) q̄ fueris
mũd⁹ / nõ q̄ orabis. Et crede firmiter. Qui dedit tibi hãc
tui cognitionẽ peccati (te non rogante) dabit etiã grã
oranti, imo ideo dedit cognitionẽ peccati & iusticiã / ut
rogares grã. Sic. B. Aug: cũ Aplõ dicit per legem cog
nitio peccati: ut grã donetur / & impetret. Accipe simile,
Gentiles olim idola sua rogabãt: & fiebat qđ petebãt. Et
auarus cõfidit in diuicias suas: & fit sicut uult, q̄tomagis
ille uerus & bonus deus nõ sinit se frustra rogari & in se
confidi. Corol: i.

Contritio uera non est ex nobis: sed ex grã dei. ideo de
sperandũ de nobis & ad misericordiã eius cõfugiendũ.

¶ Corollarĩ, II,

Contritio incipit in pœnitente: sed nõ cessat per totã ui
tam usq; ad mortẽ: & nõ (ut multi putant) durat p̄ horã
confessionis dũtaxat. Ecce sic habes: q̄ nõ intelligas qđ
illi dicũt. oportere pœnitere in charitate / & cũ bono p̄
posito: quantũ deus auxiliũ grã dederit.

Nullus debet sacerdoti rñdere se eẽ cõtritũ: nec sacerdos
requirere, nisi qđ potest dicere, Nescio an sim contritus.

A iiii

Rogo tñ dñm atq; confido me sua gratia contritum &
quortidie magis: oterendū. Hæc de prima parte.
SECUNDA pars est confessio sacramentalis: & hic duo
sunt notanda. Primum: ut nullo modo p̄sumas confiteri
peccata venialia: sed nec om̄ia mortalia: quia impossibile
est ut om̄ia mortalia cognoscas. Ad impossibile aut̄ n̄o
obligatur. Vnde in primitiua ecclesia solū manifesta mor/
talia cōfitebatur ut patet. i. Corin: v. Si quis inter uos ē
fornicator aut avarus / aut idolatra / aut maledicus / aut
ebriofus, aut rapax. cū huiusmōi nec cibū sumere. Et illd
Gala: v. Manifesta sunt opa carnis &c. vnde multi confi
tentur: in quinque sensibus. sepr̄e donis, lepr̄e sacramētis
octo beatitudinib⁹. & aliis multis distinctiōib⁹ pctōg:
uelut id curantes: ut nullū peccatū nō confiteantur: quū
tñ iter ea quāq; nullū uel vix veniale sit peccatū: & fatigāt
frustra facēt dotē / perduntq; tēp̄as / ac aliis sunt impedi/
mento. Ideo duplici sis confitendi mō instructus. Vno
quo sacerdoti om̄ia manifeste mortalia confitearis / quā
difficile sit discerni mortalia a venialibus: nisi sint in ope
manifesto / aut euidenti consensu cordis: ut maledictio /
furtū / homicidiū / luxuria / detractio / ira, amaritudo &c.
Alio quo deo confitearis reliqua oīa / imo cū. B. Iob. di/
cas uerebar oīa opa mea: sciens quā nō parcis delinquēti
Et ps. xviii. Delicta q̄s intelligit: ab occultis meis mūda
me dñe. Nam nulla sunt opa n̄ra etiā bona / quin sint pec
cata damnabilia: si deus in iudiciū intret nobiscū. Sic di/
cit ps. cxliiii. Non intres in iudiciū cū seruo tuo: quia nō
iustificabit̄ i cōspectu tuo oīs uiuēs. Itē. Oīs homo mē/
dax &c. sola uerō ista confessione humili & oīone nobis
ignoscuntur & fiunt meritoria. Vnde & iussit nobis ut
oremus. Dimitte nobis debita n̄ra: Quocirca dū uolu/
mus om̄ia pure confiteri, nihil aliud facimus. q̄ q; mise/
ricordiæ dei nihil uolumus relinquere ignoscendū: nec
confidēre in eū, sed in confessionē n̄ram cupimus: ac p̄
hoc uolumus securi esse: nec iudiciū eius timere: quū tñ
ei sit beneplacitū sup̄ timentes eū: & in eis / qui sperant
sup̄ misericordiā ei⁹. Hæc ideo dixi: ut sitis p̄moniti atq;
p̄muniti in hora mortis, ubi diabolus non solū mortalia
occulta opponet & magnificabit: sed ex venialibus, imo
ex bonis opibus faciet. nō nisi horrenda peccata: & torā
uitā / perditissimā ac damnabilē ostendet: ut scias qd̄ fi: 2

cias. scz ne tunc dicas. Heu utinā essem cōfessus, aut cps
habere cōfiteādi: ne forte desperes, qđ ipse cupit, sed cōfide
& dicas. Scio qđ oīs uita mea est damnabls: si iudicetur:
sed dñs iussit: nōn in mea uita: sed in sua misericordia cō
fidere sicut ait. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua.
ps. lxi. Qm̄ melior est misericordia tua sup uitas. Sic em̄
b. Bern: Quū aliqui mori se crederet, perdidit tēpus meū:
quia perdere uixi, nec habeo: nisi qđ cor contritum & hu/
miliatū deus nō despiciet. Sic sic timor iudicii humilia/
bit te: sed spes misericordiæ exaltrabit humiliatum.
Secundū uide ne illo modo te cōfidas absolui ppter tuā
contritionē. Sic em̄ super te & tua opa cōfides. i. pessime
psumes: sed ppter uerbū Christi: qui dixit Petro. Quod
cūq; solueris super terrā / solutum erit & in cælis. Hic inq̄
confide: si sacerdotis obrinueris solutionē & crede for/
titer te absolutū / & absolutus uere eris: quia ille nō mē/
titur / quicquid sit de tua contritione. Nā si nō crederes:
sententiæ p̄nunciata p̄ te a deo qui mentiri nō potest:
ac sic te ueracē & ipm mendacē faceres. Nā sententiā illa
d̄ esse rata & certa: ideo multo magis tibi hic uidentū:
quō nihil huic fidei desit: q̄ ceteris oībus: Imo esto p̄ im/
possibile qđ cōfessus nō sit contritus, aut sacerdos non
serio. sed ideo absoluat. Si tamē credat sese absolutū / ve/
rissime ē absolutus: Tanta res ē fides: & tam potēs uerbū
Christi. Damnabuntur itaq; qui nolunt cōfidere sese ab/
solutos / donec certi sint se satis contritos: Et super ha/
renam / non super petram uolunt dōmum conscientiæ
suæ ædificare. Sic legitur in ecclesiastica historia. q. B.
Athanasius ludēs cū pueris baptizauit eos, sicut uiderat
fieri a sacerdotibus & baptizatos iudicauit. b. Alexander
epus. Itē quidā mimus illudens baptizari uoluit ad pla/
cendū impatori / & inter ludendū uiso angelo cū libro
credidit & eo ipso ludicro baptismo uerē est baptizatus.
Quare plus est a cōfiteute requirēdū: an credat sese ab/
solui. q̄ an sit uere contritus, sicut Christus a cæcis quæ/
sruit. Creditis me posse uobis hoc facere? Et merito, quia
contritio nūq̄ est uera satis, qđ si esset uera / nō ē tñ certa:
& si esset certa: nō tñ esset satis. Fides aut̄ & uerbū Chri
sunt uerissima / certissima / sufficiētissima. Ruit ergo


hic error. Horū qui dicunt, q̄ sacramenta nouæ legis sic
sunt efficacia gr̄æ signa, q̄ si quis etiā nō sit contritus, sed
attritus, mō nō ponat obicem actualis peccati uel p̄po-
siti mali, gr̄am cōsequatur. Ego aut̄ dico tibi, q̄ si etiā
contritus accesseris, & nō credideris in absolutionē: sūt
tibi sacramenta in mortē & damnationē, Fides em̄ ne-
cessaria ē, quātominus attritio, uel nō positio obicis suf-
ficit. Deniq̄ talis nullus est in mundo, qui nō ponat obi-
cem: nisi solus is / qui credit. Cum sola fides iustificet, &
accidentem ad deū oporteat credere. Verissimū ē enim
dictū illud cōe, nō sacramentū, sed fides sacramēti iusti-
ficat. Et. B. Aug. Abluit sacramentū / nō quia fit / sed q̄
creditur. Quod si sacramentū nō iustificat / sed fides sa-
cramenti: quātominus contritio / aut non positio obicis
iustificat, sed fides &c. At hic tum quāstio resurget,
Quō ergo differūt sacramentū ve: & nō: leg. Si hæc æque
nō dant gr̄am sicut illa, Hæc ad aliud pertinet tēpus. Sa-
tis sit q̄ sacramēta nouæ legis sūt efficacia signa gr̄æ / si
credis, & nō amplius. Hæc de secunda parte.
TERCIA est Satisfactio de qua quidā nihil legit in scrip-
turis. Dicunt tñ eā duobus modis fieri. Vnō mō per im-
pletionē opm̄ q̄ sunt eleemosina, ieiunia, orōnes. Alio
per indulgentias, Sed h̄c his habetis vulgarem sermonē
nuper impressum, ideo ad p̄s omitto, lege ibidem.

¶ Impressum Vuitenburgij per Ioannem Grunenberg,
ANNO dñi, M, D, XVIII,



Ua
is,
no
orth
da
tra
ele
die
reg
ve
&
ter
ers
tās
ter
ire
fo
cū
ca
ter
di
sta
die
la
cle
tis
ert
te

o
rs







Th
6116